Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36647
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

p obedientiam magistro. Hec est cordia mea. Sic et tres
species sonorum quae fiunt pulsu flatu et cantu. Ad cytharam pertinet pul
sus. ad organum flatus. ad vocem cantus. Assignari potest hec consonantia sonorum
cordis mei. si referatur ad pulsum cytharae manuum operatio ad flatum
organi. mentis devocio. ad cantum vocis. sermonis exortatio. Et cum
cytharae chordas. manu bonae operationis. ut cordes patiamur per exemplum
mortificatae carnis. Vt cordes magistro. canta canticum novum. can
ticum obedientiae. canticum novi hominis. non canticum veteris. non canticum
inobedientiae non traditionis. In plectro organum cordis. i. spiritu sancti inspira
tionis. ut reddas dulcem sonum pie devotionis. Quid prodest dulce
do vocis. sine dulcedine cordis. Sic igitur pertransensus et descensus invicem
frangas. et elatus iterum frangas descendens ad compassionem parvum. ele
ves ascendens ad complacionem xpi. Noli cantare cum lucifero in celo.
seu cum primo homine in paradiso. si cantes cum xpo in templo. tacens emites
vendentes de eo tacens vendentes data gratia. et emites vana gla
cantes diaboli cupiditas. cantes primi hominis voluptas. sed cantas. In
cantu diaboli sunt tres falsae voces. et in cantu primi hominis tres dissone
et discordes. In cantu et enim diaboli prima vox est elationis. secta sug
gestionis. tertia desperationis. Similiter et in cantu primi hominis. prima vox
est delectatio. secta sensus. tertia excusatio. Ex his sex vocibus stat discor
dia cantus. Musica diaboli ab altiori voce cantari cepit. In choaut
enim amyphona in celo elationis dicens. Ponam in aquilone sedem meam ad aquilo
nem. et ero similis altissimo. Altum in choaut quam debuit. Si enim ex
celerem regula subiectionis. cantarem cum angelis aliis canticum
pietatis felicitatis. Descendens autem de celo in choaut amyphonia sugge
stionis in paradiso desperationis in inferno. Differt itaque musica xpi
a musica diaboli. Illa enim incipit a voce sublimiori. hec autem ab hu
miliori audi igitur doctorem de musica spirituali. docentem nos facientem. Dis
cite a me quia mitis sum et humilis corde. Vides ne quomodo musica spiritalis
incipiat a voce humiliatus. In musica igitur de sex sunt voces. interse
sone et cordes. Prima concordie vox est humilitas cordis. secta mor
tificatio carnis. tertia compassio. quarta consolatio. quinta oratio. sexta de
vocio. Nota igitur concordiam meam. Sunt descensus et ascensus invicem.

elationis